



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XIX Qualiter plangere debent captiui patriam suam aeternam Hierusalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBFR PRIMVS.

magna patria, & miseri, peregrini ab illa patria. Sed quid ait iste: longinqua facta est peregrinatio mea. Iste iam volens redire cognoscit infelicitatem peregrinationis suae, quia cognouit illam, redit, & ad beatam desiderat ascendere patriam.

Qualiter plangere debent captiuū patriā suā æternam Hierusalem. Cap. XIX.

Gemamus omnes, gemamus singuli in hac captiuitate, in hac mortalitate, suspiremus, desideremus patriam nostram Hierusalē cælestem. Tendamus ad conditorē nostrū eiusdem ciuitatis fabricatorem, petamus ei honorū operū sumptus, ut mereamur peruenire ad eum, & in domo eius habitare omnibus diebus vitæ nostræ, hoc est, perenni vita. Hanc domum æternam, quam ex deo habemus, in cælis, diligebat ille qui dicebat: Domine dilexi de- corem domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ, Eodem Et iter: Quam dilecta tabernacula tua domine vir- tum, cōcupiscit & deficit anima mea in atrio dñi. Quia melior dies vna in atrijs tuis super milia. Nam & ipse ad dominum sitiēter peruenire desiderabat, cum dicebat: Sitiuit anima mea ad deum fontem vi- uum, quando véniam & apparebo ante faciem do- mini. In hac em̄ positi peregrinatione ploremus co- ram domino qui fecit nos, quia ipse dominus deus noster: In hac erumnosa retenti mortalitate cum o- mni cōtritione cordis & corporis redire desidere- mus ad illam supernam Hierusalē, quæ est mater o- mnium nostrum. Ab illa peregrinamur in hac mise

Aug.

Psal. 25.

Psal. 83.

Eodem

Aug.

HAY. DE VARIET. LIB.

ra vita, ad eius redditum suspiremus. Tam diu miser
& laborantes sumus, donec ad illam redeamus, ubi
videre possimus deum deorum in sancto moe Zion.

Quod nemo mortaliū dicere potest, quā
tā iustorū sint gaudia in cælo. Cap. XX.

Aug.
1. Cor. 2. **H**V manus sermo nec explicare potest nec co-
gitare, quae & quanta sint gaudia in cælo te-
stante Paulo apostolo: Quod oculus nō vi-
dit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quae
præparauit deus diligētibus se. Diligamus igitur
ex toto corde, omnibusq; viribus deum ipsam quā
electis suis, pmisit beatitudinē desiderātes. Terrena
omnia & trāsitoria nobis pro amore cælestis patriæ
vilescant, totis animæ viribus tendamus illuc, inter-
nis cordis affectibus suspiremus illuc. Petamus oēs
cum lachrymis, petamus singuli Deum, ut inhabite-
mus in domo eius omnibus diebus vitæ nostræ, &
mereamur videre bona eius in terra viuentiū. Hæc
de qualitate futuræ beatitudis, ex diuinis sanctorū
patrum libris pauca excerpta sufficiant. Nunc igitur
quibus ad eam bonorum operæ passibus cur-
rendum sit, adiuuante domino carpen-
do flores ex catholicorum pa-
trū edictis demōstremus.

Finis libri primi.